



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

36. Magnam vitæ partem non viuimus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

Eternitatis Prodrōmi Caput I.

43

gna pars vitæ malè agentibus elabitur, maxima nihil agentibus, tota ferè aliud agentibus. Quis est qui tempore præti ponat, qui diem æstimet, qui intelligat se quotidie mori? Hinc præteritum obliviscimur, præsentia negligimus, futura non prævidemus. Cum ad extrema venerimus, ferò intelligemus miserè, tamdiu nos, dum nihil agimus, malè occupatos fuisse. Hoc ergo agamus, singulas horas amplectamur, tanquam hodie morituri; sic vitæ nostræ narrationem tractemus, tanquam statim peroraturi. Dum differtur vita transcurrit.

§. 34. Omnis vita brevis, etiam longissima.

Epist. 77. f. 104.
Verissimè Annæus: Nulla, inquit, vita non brevis est. Nam si ad naturam rerum respexeris, etiam Nestoris & Stasilæ brevis erat, quæ monumento suo inscribi iussit: se annis nonaginta novem vixisse. En, ut avicula gloriatur senectute longæ, quis eam ferre potuisset, si centesimum impleisset.

Amaranthus (ut est in fabulis) rosæ aditus dixit: O qualis flos rosæ, quàm formosus, quàm amabilis beatam te jure dixerim, ob odore, ob formam, & ob colorem, o regina florum! Cui Rosæ: Ego quidem, inquit, o Amaranthe, formâ præniteo, sed tempus brevissimè vivo; & quamvis nulla me manus violer, nihilominus tabesco. Tu verò continuò flores, tempèrque recens vivis: malim ego minùs habere formæ, & plus vitæ. Mortalium vita est quæ rosæ, brevis & fluxa. Et licet aliunde vis nulla eā extinguat, suo tamen defluxu sensim evanescit. Iure medicorum maximus exclamat: Vitam brevem esse, artem longam. Vitam ire non intelligimus, sed transisse sentimus. Temporis nobis concessi spatia tam velociter, tam rapidè decurrunt, ut exceptis admodum paucis, ceteros in ipso vitæ paratu vita destruat. Exiguum temporis habemus, & ex hoc multum insuper per luxum aut negligentiam perdimus. O mortales improvidi, corpus quod circumferimus, non domus est, sed hospitium, quod relinquendum, ubi te hospiti gravem esse videas. Ideò, mi Christiane, propèrâ piè vivere, & singulos dies singulas vitas putâ. Qui hoc modo se aptaverit, cui vita sua quotidie fuerit tota, mortem securus provocabit. Malè morietur nemo, qui vixit bene.

§. 35. Non longissima, sed honestissima, vitâ optima.

Vita longa est si plena, & quando impletur.
Impiè vivere, est diu mori.
Non ut diu, sed ut satis vivamus curandum est. Sat longa est vita, si plena est. Impletur autem, cum quis suâ voluntate in divinam plenitudinem transit, & quantumcunque temporis, quod datur, bene impendit. Quid illum octoginta anni juvant, per inertiam exacti? Non vixit iste, sed in vitâ nōdratus est. Nec ferò mortuus est, sed diu. Nam imprudenter & impiè vivere, non tam est malè vivere, quàm diu mori. Sed, ais, octoginta annis vixit. Interest, mortem ejus ex quo die numeres. Alius viridis & in medio cursu raptus est, sed officia boni civis, boni Christiani exsecutus est: licet ætas imperfecta sit, vita tamen perfecta est. Ille alter octoginta annos numerat, certè tot annis non vixit, sed fuit: nisi fortè sic eum vixisse dicas, quomodo arbores dicuntur vivere. Actū & virtutum officiis metienda est vita, non tempore. Laudemus itaque & in numero feliciū reponamus eum, qui quod vitæ habuit, bene collocavit. In memoriâ æternâ erit justus: Memoria iusti cum laudibus. Vidit enim veram lucem, non fuit unus è multis. Et vixit, & vivit nunc in cælo. Quid quæris, quamdiu vixerit? vixit ad immortalitatem, transiit seculum, & se in memoriam dedit. Et quemadmodum in minore corporis habitu potest homo esse perfectus, sic & in minore temporis modo potest esse perfecta vitâ. Bonum non est in temporis diuturnitate situm, sed in virtute: neque enim qui plurimum citharâ cecinit, sed qui benè commendatur. Quamdiu sis, alienum; quamdiu bonus Christianus sis, hoc tuum est. Id à te ipso exige, ne ignobile ævum per vitia emetiaris; ut agas vitam, non ut præterveharis. Quæris, quod sit amplifi-

Amplifi- re. In omnibus velle, quod vult Deus, verissima est sapientia: qui ad illam pervenit, quandoocunque moritur, attingit non longissimum finem, sed maximum.
Mors it per omnes, nec magno spatio alter alterum præcedimus. Qui occidit, consequitur occisum. Minimum est de quo sollicitissimè agitur. Quid enim ad rem pertinet, quamdiu vitæ, quod evitare non potes? Optima vitâ, non quæ longissima est, sed quæ honestissima.

§. 36. Magnam vitæ partem non vivimus.

Publio M. mograpio.
Quod à prælo potèrâ dictum est, verum esse non dubitem?

Exigua pars est vitæ quam nos vivimus.
Ceterum quidem omne vitæ spatium, non vitâ, sed tempus est. Urgentia nos circumstant cum negotia, tum vitia, & in cupiditatibus infixos premunt. Vix unquam nobis ad nos recurrere licet: nobis ipsi rarissimè vacamus, sed aliis: nemo ferè suus est. Qui pecuniam suam dividere velit, nullus est, vitam miserimè laceramus, & modò in hæc, modò in illa negotia partimur, sæpe vana & inutilia. Ita magnam partem exigimus non vivendo; certè non cælo, non Deo vivimus. Et quàm multum temporis mensa, relaxatio, lusus, colloquia, somnus, otium, quantū lites & morbi nobis eripiunt: Heu quot hōtes vitam nostram suffuratur, nobis non sentientibus, quid perdamus. Hoc versiculi, licet parum teretes aut delicati, ad calculum sic revocant: *Vivit homo octoginta (haud plus communiter) annis, Ex quibus ille decem in mensa, potiusque cibique, ac totidem ludo, viginti in sumere somno Dicitur, atque novem & septem puerilibus annis Nil opera facient, dein morbis quatuor: Ergo, Quæ studeat Musis, studeat quæ rebus honestis,*

illi quæta datur totius portio vitæ.
O quàm exiguum nobis de nostro relinquatur! Multos respirare vix sinunt mala sua, plurimos sua bona. Non enim apprehendimus tempus, nec retinemus, nec velocissimè omnium rei moram facimus, sed abire ut rem supervacuum ac reparabilem finimus. Quis est qui nullum non tempus in usus suos conferat, qui omnes dies tanquam ultimum vitæ ordinet? Ecquis custos temporis tam parvus, ut nihil reperiat dignum, quod cum tempore suo permuter? Cum re omnium pretiosissima luditur, & penè nullum ejus pretium habetur, quod satis æstimari non potest. Quemadmodum qui in navigiis dormiunt, à ventis celerimè aguntur, etiam si nihil sentiant; cum evigilaverint, mirantur se jam in portu exponi: ita vitæ nostræ cursus properat, provehimur velocissimè, d' eisque annique recedunt; nos interim dormimus, & pretium temporis inestimabile negligimus. Cum ad meliorem vitam evigilandum est, miramur nos jam ad exitum perductos. Mors est homini quod naviganti portus. Bene navigavit, qui in hoc portu naufragium non facit.

§. 37. Maxima vitæ labe procrastinatio.

Tempus est res velocissima.
Omnia differuntur exceptâ nequitia, quæ plerūque Nequitia hodiernum diem occupat, non æstinum. In ce- non differ- teris semper promissores sumus, & dicimus, Cras hoc fiet, alterâ hebdomadè nulla erit mora, sequenti anno istud expedietur. Ita dies, ita menses, & anni labuntur, dum procrastinamus, dum promittimus, & nunquam promissis stamus. Optime Seneca: *Andres, inquit, Lib. de brev. plerisque dicentes: A quinquagesimo in otium secedam: sexagesimus annus ab officiis me dimittet. Et quem tandem longioris vitæ prædæ accipis? quis ista sicuti disponis, ire patietur? Non te pudet reliquias faciemque vitæ reservare Deo, & id solum tempus bonæ menti destinare, quod in nullam rem confecti possit? Quam ferum est, tunc*